



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

1. Sanct. Patrum & Ecclesiæ circa hoc responsa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Consideratio V. de Aeternitate.

Omnium
ludibrio
exponitur;

tergum ignominiosè pulsatur, barba vellitur, capilli trahuntur, dentes excutuntur in publicum, deinde protrahuntur. Omnium ludibriis exponitur, etiam à mulierculis pugnis cœditur; post dextra ei præciditur, & sic mutilus in futurum & latronum ergastulū detruditur, sine cibo, sine potu, sine cuiusquã officio. Paucis elapsis diebus alter ei oculus effoditur, ipse sic fœdè habitus, & uno tantū oculo unaq; manu deformis, curtā insuper brevique tunicellā malè amictus, capite rasō & glabro infamis, scabiolo camelo averfus imponitur, ludicrā ex alio coronā caput præcingitur, cameli cauda pro scepro lævæ inferitur: sic per forum triumphi formā, lentā pōpā deducitur. Hic plebs perulantissima, & circumforane, sordida turba, effertis animis in eum fecit imperum, nullā habitā ratione, quod is nudiustertius fuisse Imperator, regio diademate redimitus, ab omnibus laudatus, cultus, celebratus, adoratus; quodque & ipsi iurejurando fidem suā & benevolētiā erga illum obtinxisent: furor omnibus ministravit arma, clavās alii in caput impegunt, sordibus alii nates opplerunt; alii spongias, hominum, pecudūque excrementis & oleo plenas in faciem expresserunt, verubus alii latera pupugerunt. Illi lapidibus, hi luto petiverunt, isti rabidum canem, fungum alii & bardum proclamant. Impudens muliercula, ollam è culina raptam bullientis aquæ plenā, in transeuntis itius Imperatoris caput effudit: nemo erat qui ei non malè faceret. Ita demum summo ludibrio in theatrum perductus, & mox camelo detractus, inter duas columnas pedibus suspensus est. Qui sexcenta mala jam perpessus fuerat, virū tamen & herōem se gessit planè Christianū. Lamentari, & ejulare, aut fortunam accusare auditus non est, & frustra id fecisset: cum Deo cœpit rationes ponere, & noxarum veniam orare, illud enim solū identidem ingeminabat: *Domine miserere, Domine miserere.*

Et in malis
se planè
Christia-
num gessit.

Miser Andronice, quod tā ferre cogaris, felix, quod patienter feras, & agnoscas peccata sic esse expianda. Sed nec suspensio furibunda turba, dum vixit, pepercit: direpta tuniculā, variè manibus agitarunt, & lacerarunt. Ferocior unus ensem per pendentis alvum ad intestina adiecit. Duo alii periculū facturi, utrius gladius esset acutior, ambabus annexi manibus, aversum corpus transfixerunt. Hic miserimus Imperator, mutilatam dexterā agere admovit ori, calidum ex eā sanguinē, ut multi putabant, ob recentem plagam, adhuc stillantem, exacturus; sic miserē vitam abruptit. Diebus aliquot interiectis, ex infami furcā detractus, sub theatri fornem pecudis instar projectus est, dum humaniores aliqui in locum alium transferunt, eum tamen à nemine sepeliri permisit Iliacius. O Andronice, o Imperator Orientis, quantam tibi Deus fecit gratiam, qui hæc te pati voluit paucis diebus, ne perires omnibus diebus: brevi tempore miser fuisti, ne esses æternū. Nec dubitem quin AN-NOS ATERNOS in mente habueris, cum hæc tam fortiter toleraris.

Ejusdem
erga D.
Paulum
devotio.

Scipit hæc qui ego illo vixit Nicetas Choniates, qui & Andronicum ab eo commendat, quod fidei Catholice tenacissimus fuerit, simul & devotissimus D. Paulo Apostolo, cuius Epistolas præ manibus, & nunquam non apertas habere consuevit. Neque verò Apostolus istud obsequii gratis sibi deferri esse passus; curam gessit sui cultoris Andronicæ, cui cum exitum immineret, imago Apostoli auro exornata & in æde sacrā collocata, ubertim illacrymale visā est, quod ostentum, ipse statim Andronicus, non aliter atque venturæ cladis nuncium accepit.

2. Cor. 4.

O Christiani, ANNOS ATERNOS in mente habete; sic, quidquid malorum ferendum est, longè facilius feretis: breve videbitur, quidquid cum æternitate confertur. Ad enim quod in presenti est momentaneum & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Hinc tam seriò clamat & precatur.

Tom. I.

Aur Augustinus: *Domine hic tunc, hic scia, modò in æternum parcat.* Et D. Fulgentius, etiam sanctissimus, morti vicinior septuaginta diebus antequā finiret, idēdem clamabat: *Domine da mihi modò patientiam, & postea indulgentiam.* Hæc illius voces & vota fuerunt, usque dum exhalaret. Certè Deus iis omnium minime parcat, quos per totam æternitatem secum retinere decrevit.

Deus iis, quos retinere decrevit minime parcat.

CONSIDERATIO VI.

Quomodo sancti Patres, Ecclesia, Scriptura æternitatem meditandam ingerant.

Ritus Catholicus est, statim anni diebus supplicare & circumire, Dei & Divorū honori augendo. Emulatur id demon: habet & ipse suos qui supplicent & circumiceant. Vidit hos regius vates: *Impi in circuitu ambulāt.* Psal. 11. Vitam suam sic instituunt, ut à convivio ad convivium, à deliciis ad delicias, à scelere in scelus. Hic illorum circuitus est; & cum putant hunc nequitie circuitū penè completerum, & utriusque circinatum libidinis suæ orbem, denuo incipiunt, ad priora & antiqua redeunt, dum mors ita circumcumbit non vocata occurrit.

Liberi Iob hanc inter se legem statuerunt, ut in orbē transiret dies cōviviū; alteri ab alteris invitarentur. Op-timū illorum parens probè advertit, orbicularem hunc convivorū transitū sine peccatis vix futurum: *Propterea mittebat ad eos, & sanctificabat illos, consurgensque diluculo offerebat holocausta pro singulis.* Uti ergo impij voluptatum circuitū gaudent, & in bonis dies suos ducūt, ita Deus circuitū illis instituit, sed perpetuum, sed tormentis, sed æternum. Idem hoc beatus David previdit; *Etenim sagitta tua transeunt, vox tonitruū tui in rotā.* Fames, bellū, pestilentia, ærumna, morbi, calamitates, mors ipsa, ad-versa denique omnia, quæ ante mortem primam nos premunt, Dei sagittæ sunt; sed transvolant; alata sunt, celeritè ab his ad illos atque alios transiliunt. At verò vox tonitruū, vox iræ & furoris divini in inferorum ergastulis, velut rota circumageret, idque æternis sæculis, rota hæc veluti si pulvere tormentario stipata sit, ubi semel ignem conceperit, ardebit in omnes æternitates. *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni novissima.* Est alius hic circuitus, isque etiam æternus: ab inexplicabili frigore ad immentos ardores, & ab his ad illud iterum regressus erit. *Ad nimium calorem,* inquit Iob, *ab aquis nivium transeat.* Quod expressius & stridor dentium, & oculorum fletus, designat. Horribilem hanc & incomprehensibilem Aeternitatis rotam, quo plenius depingamus, ordo postulat, ut quæ ratione sancti Patres cum Ecclesiā, hæc cum divina Scripturā in hoc conveniat, attendamus. Variæ ab his admonitiones sunt, quas si attendamus, æternitatis non facillè obliviscemur.

Liberi Iob in orbem transierunt dies convivii. Sagittæ Domini quæ?

Celeritè ab his ad illos atque alios transiliunt. At verò vox tonitruū, vox iræ & furoris divini in inferorum ergastulis, velut rota circumageret, idque æternis sæculis, rota hæc veluti si pulvere tormentario stipata sit, ubi semel ignem conceperit, ardebit in omnes æternitates. *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni novissima.* Est alius hic circuitus, isque etiam æternus: ab inexplicabili frigore ad immentos ardores, & ab his ad illud iterum regressus erit. *Ad nimium calorem,* inquit Iob, *ab aquis nivium transeat.* Quod expressius & stridor dentium, & oculorum fletus, designat. Horribilem hanc & incomprehensibilem Aeternitatis rotam, quo plenius depingamus, ordo postulat, ut quæ ratione sancti Patres cum Ecclesiā, hæc cum divina Scripturā in hoc conveniat, attendamus. Variæ ab his admonitiones sunt, quas si attendamus, æternitatis non facillè obliviscemur.

Deut. 32. Matt. 22.

I. Sanctorum Patrum & Ecclesie circa hoc responsa.

DE omni numero Sanctorum Patrum, quinque potissimum audiendi sunt, qui diversis temporibus vixerunt: Augustinus, Chryostomus, Gregorius, Bernardus, Laurentius Iustinianus.

Prima hic est questio, scilicet quæ vana & stulta videatur. Quid facilius aut tolerabilius sit, triduo pari capitis, oculorum, dentium vel calculi dolores, vel viscerum tormenta, vel (si quid alii sunt acuti dolores) noctes dielque somnū nō videre, sine omni penè respiracione torqueri; atque certè de pisce, in quo fel cōpressum est, frustillum edere. Ridicula prorsus & otiosissima questio. Multò quàm suavius est, totum ejusmodi felleum piscem devorare, quàm diem duntaxat unicum tantos perpeti dolores: illi piscis antartices nec vitam auferet, nec ex se morbos creabit; os solum, quod acerba respuit, maxime cōqueretur. Rectè responsum est. Interea verò quot hominum millia primum eligunt seu verbis, seu facto ipso: quoties in exhortationibus, in confessionibus, con-

cionibus clamatur, quam discretè & apertè prædicatur. En, agitur de animæ vestræ salute æternâ: æterni vos cruciati manent, si hac viâ porro caris: Christus aliam monstravit, aliam ivit: redite, respicite, satis diu aberratam est. In voluntate vestra situm est celo frui, aut excludi: Deus volentibus non deest. Habent quidem amaroris aliquid abinentia & jejunium, criminum confessio & corporis castigatio, sensuum custodia & victoria sui; vita casta & continens, non est negotium cuius facillimum: quidquid id est, ferendum est aliquid. *Nome oportuit & Christum pati, & sic intrare in gloriam suam?* ne terreat brevis labor: pauculis annis, aut forsitan diebus tantum, fortia & **AGERE & PATI** necesse est, quies & gaudiû erunt æterna. Vincit omnia qui se vincit, qui se continet, qui pravis affectibus suis violenter resistit, idque propter celû, propter Christum, propter beatissimam æternitatem: Christus suis post resurrectione apposuit piscem prunis impositum, quo doceret quanta forent adhuc sustinenda: vitam æternam & suam non esse cogitandam: lapidandos, flagellandos, crucifigendos, excoriandos, hanc enim viam esse ad latam olim resurrectionem, & æternitatem modica esse & exigua, nec comparanda cum immortalitate, & quæ nondum videtur, beatitudine. Hæc dicuntur, sed hæc non curantur. Et hic ille felleus piscis est, qui roties in concionibus, in libris apponitur, nam hæc alique his similia sæpe sæpius ingeruntur & inculcantur, leguntur atque audiuntur, & tamen non creduntur, parvi penduntur, curis aliis & oblivione sepeluntur. Et quoties ipsa etiam Confessio concionatoris vices agit, & salubria hæc monita obrudunt, inlatat, dehortatur, vellicat; nihil efficit: frustra omnia. Nam multis nec concionator persuadet nec Confessio. *Contra obducunt illi, & sua etiam axiomata regeunt: Modò hic bene: futura sunt incerta: presentia modò commodè habent: nullus mortuorum revertitur, non enim est qui agnitus sit reversus ad inferis: venite ergo fruamur bonis.* Hæc illorum sunt cantilenæ. Sed propolitam questionem definit Augustinus: *Melius est, inquit, modica amaritudo in faucibus, quam æternum tormentum in visceribus.* Ita proficiat, vixit melius est in hoc quàm altero mundo contracta debita solvere: longè satius est sexaginta aut septuaginta hic annis corpus exercere continuis & quotidianis jejuniis, flagellis, ciliciis, quàm illic vel uno die in tormentis detineri. Sed alius è SS. Patribus succedat.

Deus volentibus non deest.

Omnia quæ videmus modica sunt.

Melius est in hoc mundo quàm in alio debita solvere.

Hom. 20. ad pop.

Hom. 28. in es. ad Heb.

Peccatores resurgent ut in tormentis permancant.

Post Chrysostrum D. Gregorius respondet ad illud cum queri solet, An non celestior seculo inuinet ebrietas

A cum in cella bibitur ad dolia, quàm cum in scelerio: Gloriatur celestis sponsa. Salomonis ore: *Introduxit me Cant. 2. rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem.* In quæ verba S. Gregorius ita disserens: *Quid per cellam, inquit, vinariam congruentius quàm ipsam arcanam æternitatis contemplationem accipimus? Et certe quicunque cogitationem hanc de æternitate paulò altius in animû demiserit, gloriam poterit: Ordinavit in me charitatem; nam meliorem servabit ordinem amoris, seipsum minus, plus atque ferventiùs Deum, & propter Deum, ipsos etiam inimicos amando. Sed & hoc habet illæ cogitatio, ut qui eam paulò largiùs delibat ebrius fiat, sed ebrietate optimorum desideriorum, quæ non eant nisi ad emendationem vitæ, ad celestem patriam, ad æternas voluptates. Apostolus exprobratum est, ebrios esse multo; erant certe, sed ex hac cella. Quævis autem D. Gregorius æternitatis sæpius meminerit, illud tamen ab ipso brevissimè simul & verissimè dictum est: *Momentaneum quod delectat, æternum quod cruciat.* Hic merito quis optet cum Iob: *Quis mihi det ut excaretur Iob 19. in libro stylo ferreo,* nimirum hæc ipsa verba: *Momentaneum quod delectat, æternum quod cruciat.* Liber huic scripturæ aptus, cor hominis est; calamus aut stylus ferreus, seria meditatio; liquor purpureus, Christi sanguis. Et hæc verba sic inculpta pectori, tum maximevolvenda sunt, & crebriùs iteranda, cum voluptas ablanditur, cum libido stimulat, cum invitat luxuria, cum refragatur caro, cum spiritus recessit, cum peccati occasio est aut periculum.*

S. Bernardus quarto loco venit, paulò post ad præmittendam questionem responsurus. Vita humana ea est, ut homines sint diversissimi sensus, quemadmodum diversissimi sunt vultus. Reperiuntur qui continuè & graviter affligantur, ut pæne succumbendam putent afflictioni. Hunc egestas, illum morbus, istum occulta debita, curæ alium, hunc injurie aut calumnie ita premunt & perturbant, ut qui pusillanimes sunt & impatientes, nonnunquam mortem sibi optent, ad flumen aut ad restim properent, sic enim miseri finem ærumnis imponendum arbitrantur, cum earum faciant initium, cui nullus concedetur finis. Contra probi alii & ad omnem Dei volutatem paratissimi, nec citò mori cupiunt, nec diu vivere. Vult Deus illos mori idem volunt & ipsi. Vult citò mori hoc ipsum & illi volunt. Vult diu vivere: non resistent, ita idem illis cum Deo velle & nolle est. Præter duo hæc hominum genera, pars maxima est, que longam vitam desiderat, nec ullas ferè tam senex, quin speret & cupiat annum adhuc unum vivere, apud hos nulla ferè fatietas est vitæ, mors istis nimium proderat, nimis adest matura, & ante tempus venire creditur. Hic jam queri posset, quinam hominum vivant aut victuri sint diutissimè? D. Bernardus in divinum hoc promissum: *Longitudine dierum replebo eum,* admirandus exclamat: *Quid tam longum, quàm quod æternum est, quid tam longum, quàm quod nullo sine prædicatur? bonus finis vita æterna, bonus finis qui finem non habet. Addit: Verus dies qui non novit occasum, æterna veritas, vera æternitas, ac proinde vera æternaque societas.* Ita dicendum est, illos solum vitâ verè longè viaturos, qui nunquàm morietur in celo: & illos morte cheu nimî prolixâ mortuuros, qui sæper morientur, qui nunquàm vivent in tartaro, etiam semper vivat.

B. Laurentius Justinianus, ultimû nobis quæsitum explicabit. Plurima sunt in hoc orbe, que natura ita assignavit loco, ut in aliis reperiri non possint, aut non nisi pars illorum. De floribus novi orbis solum potest haberi semen; de multis animantibus sola pellicula. *Æternitas, ita res est alterius Mundi propria, ut illius non nisi semen hic habere possimus. Quod ergo semen est æternitatis? Semina æternitatis, ait Laurentius Justinianus, sunt hæc: CONTEMPTVS SVI, CHARITATIS DONVM, c. 26. OPERVM CHRISTI GYSTVS.* Contemnere alios, arbor est

Qui æternitatem largius delibet ebrius fit.

Cor hominis est liber scripturæ aptus: stylus ferreus, & crebriùs iteranda, cum libido stimulat, cum refragatur caro, cum spiritus recessit, cum peccati occasio est aut periculum.

Vita humana ea est, ut homines sint diversissimi sensus, quemadmodum diversissimi sunt vultus. Reperiuntur qui continuè & graviter affligantur, ut pæne succumbendam putent afflictioni. Hunc egestas, illum morbus, istum occulta debita, curæ alium, hunc injurie aut calumnie ita premunt & perturbant, ut qui pusillanimes sunt & impatientes, nonnunquam mortem sibi optent, ad flumen aut ad restim properent, sic enim miseri finem ærumnis imponendum arbitrantur, cum earum faciant initium, cui nullus concedetur finis. Contra probi alii & ad omnem Dei volutatem paratissimi, nec citò mori cupiunt, nec diu vivere. Vult Deus illos mori idem volunt & ipsi. Vult citò mori hoc ipsum & illi volunt. Vult diu vivere: non resistent, ita idem illis cum Deo velle & nolle est. Præter duo hæc hominum genera, pars maxima est, que longam vitam desiderat, nec ullas ferè tam senex, quin speret & cupiat annum adhuc unum vivere, apud hos nulla ferè fatietas est vitæ, mors istis nimium proderat, nimis adest matura, & ante tempus venire creditur. Hic jam queri posset, quinam hominum vivant aut victuri sint diutissimè? D. Bernardus in divinum hoc promissum: Longitudine dierum replebo eum, admirandus exclamat: Quid tam longum, quàm quod æternum est, quid tam longum, quàm quod nullo sine prædicatur? bonus finis vita æterna, bonus finis qui finem non habet. Addit: Verus dies qui non novit occasum, æterna veritas, vera æternitas, ac proinde vera æternaque societas. Ita dicendum est, illos solum vitâ verè longè viaturos, qui nunquàm morietur in celo: & illos morte cheu nimî prolixâ mortuuros, qui sæper morientur, qui nunquàm vivent in tartaro, etiam semper vivat.

Æternitas res est alterius Mundi. Lib. de obed. c. 26.

Contemere seipsum semen est ignem mundo.

De disciplina & conversi. monast. l. 7.

Qui dicatur in virtute progredi.

Psalms, precatio, hymnus nullus est, quem non finiat aeternitas memoria.

Cap. 5. v. 2.

2. Cor. 5.

hor est quae totum regit mundum, & pro inferorum incendiis exerceat amplissimè. Contemere seipsum, & minimum est semen, & ignotissimum munus: istud è celo aruit Christus, qui exinavit semetipsum, formam servi accipiens & factus obediens non tantum usque in stabulum, in praesepe; sed usque in Calvariam, usque in crucem, ad mortem, in sepulchrum, in limbum, propter quod & Deus exaltavit illum. En, crevit hoc semen in latissimam propaginem, in arborem omnium altissimam. De CHARITATE idem beatus Patriarcha mentionem

faciens; luxa CHARITATIS, inquit, mensuram, aeternae retributionis est gloria. Nam cui minus dimittitur, minus diligit. Minus obtemperat gratia, qui minus habet charitatis, ubi verò minor est gratia, minor erit & gloria. Ita omnino, quanto magis Deum amas, tanto magis aeterna tibi premia cumulas. Tota lex, est AMOR, sed purus, castus, divinus. Tertium erat, GUSTVS OPERVM CHRISTI. Scitum est de iis qui student Rhetoricam, proficere censendos esse illos, quibus Cicero sapit, ita profus affirmari potest, in virtute progredi eos, quibus divina Christi documenta non desipiunt. Quisquis in Christi verbis, factis, vità vix quidquam gustus invenit, non afficitur, non delectatur, non movetur iis quae ad animum & pietatem, quae ad beatitudinem & divina spectant; at verò comedere, bibere, ambulare, ridere, jocari, ludere, perquam sapiunt; is tunc sibi ipse dicat: O mi Deus, quam nullum est in me semen aeternitatis! cum enim in memet descendo, manifestè in me deprehendo, quos ego patiar manes, quò meo me invitet affectus: choreas ducere, & conviviis hilariter, ad pocula vigilare, fritillum & tesseras movere, inaniis & fabulis auscultare, impuras pagellas lecitare, ad cantunculas veneras plaudere, socijs paria facere, hoc possim, hoc mihi jucundum est & volupe. At verò multa de Christo, de divorum vigiliis & jejuniis audire vel legere, hoc injucundum est & insuave; aegre totà duro concione, una illius horula ceteris logior videtur, & ideo vel somno vel colloquio fallenda. De hoc tali homine sententia pronuciare facile est: OPERVM CHRISTI nullus est hic GUSTVS. Sed Ecclesia de Aeternitate sensum videamus.

Tanti facit Ecclesia memoriam Aeternitatis, ut nullus sit psalmus, precatio, hymnus, quem non finiat Aeternitatis memoria; hinc perpetua & solennes psalmorum clausulae: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio (ante omne scilicet principium ab aeterno, absque omni principio) & nunc, & semper, & in saecula saeculorum, infinita, innumera, incomprehensibilia. Taceo vestes, ritus atque caeremonias sacras, quarum non paucae eamdem Aeternitatis memoriam ingerunt, sed à rivulis ad ipsum fontem progrediamur.

II. Scriptura divina clara de Aeternitate testimonia.

Tres solum testes produco: Prophetam, Apostolum, Evangelistam.

Quanti quotidie gemitus eunt hominum abjectorum & despectorum ab omnibus? passim reperias qui dicat: Miserum me, quam paucos ego, quia pauper, amicos numero; apud omnes inhonorus jaceo, ubique spernor, omnium paene pedibus proteror: expecta, mi homo, paulisper, & patere, nondum omnium dierum somnes occubuerunt: promissum divinum attende; Baruch pronunciat: Circumdabis te Deus diploide iustitiae, & imponet mitram capiti hominis aeterni.

Sunt alii qui naturam acculent, & vitam cornicibus longam, brevem nimis concessam homini querantur. Audite queruli, adhuc alia superest vita, ubi brevis haec & vana deserit; Beato Paulo credere testificant: Scimus quoniam stercorosis domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quòd aedificationem ex Deo habemus, domum non manu factam aeternam in caelis. Quae ergo tanta iactura est, si luteum hoc tugurium nostrum corporis corrumpat, cum pala-

Tom. I.

atium aureum nobis paratum sit, nunquam ruiturum? Propheta & Apostolo testis accedit Evangelista Mathaeus, cuius ore in haec verba Christus loquitur: Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum & projice abs te; bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem aeternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & projice abs te; bonum tibi est unum oculum habentem in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. O ignis! o gehenna! o Aeternitas! quodcunque damnatum temporis, ad damnatum Aeternitatis collatum, lucrum est, non damnatum. Hoc sensu dat Christus oppignerationis seu stipulationis chirographum D. Matthaei verbis cõsignatum: Et omnis, inquit, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet & vitam aeternam possidebit. An non haec clara satis est promissio de beatà aeternitate, cum in pignus detur illud centuplum? Cum verò Christus apud eundem Evangelistam de supremo iudicio pramonet, aeternitatis ter facit distinctam mentionem; supplicii aeterni, ignis aeterni, & aeternae vitae.

Expendit haec profundiore meditatione Pachomius, Pachomius qui post tot labores in vastà eremo susceptos, novu dormiendi, inò potius vigiliadi genus excogitavit. Quindecim annis nò admisit unquam somnum, in tugurio suo decumbens aut jacens; neque ulli fulcro incumbens, sed in medio cellulae suae sedens, unde quaque liber, adeo ut nec tergum aut lasus parietis acclinarer, sed, si quidem somnus vincere vellet, se vinceret non dejectum, non suaviter recubantem, & reculantem vinci. Plurimum quidè, hac vigiliarum obstinatione vir sanctus affligebatur, a quo tamen ferebat animo difficillimam hanc contra somnum luctam, spe praebans aeternam illam in caelo requiem. Eò Pachomium perpetua quietis meditato deduxit, ut etiam humi cubare, & terram pro lecto habere, inter delicias numerarit.

Cum ergo sancti Patres, Ecclesia, & Scriptura varie nobis Aeternitatem proponant perpendendam, nostrarum nunc partium est, ut quisquis aeternus esse vult in caelo, serio cogitet: O mi Deus, quam raro haec tenus & quam frigide de Aeternitate cogitavi, praeterquam quòd horis singulis Aeternitati stam viciniòr. Deinceps in re tam seria minus ludam, & si quidem mihi multa ex voto fluere, resque meas prospere & feliciter evenire advertero; proximum erit, ut cogitem: & quamdiu hoc durabit? eritne semper tam serena tempestas, itane semper Phaeus & fortuna ridebunt? Et quid mihi mercedis rependet securura mox Aeternitas pro hac suavi sed brevi, pro gratà hac sed periculosa felicitate? quòd si verò res meae sint turbidae, si multa contra votum eveniant, si affligat, si cruciet, si hinc illinc mala & infortunia in me cõjurent, irruant, exagitent, illud unicum assidue cogitabo: Sine, tantum, sine, peragat mandata fatorum tempestas, in hoc elcat hoc mare magnu & iratum, fremant afflictionis venti, impellant turbationu undae, nubes tentationu minetur, tenebrae meroris involvat, fractus licet illabatur orbis: non semper ruine, non semper procellae: hi venti aliquando ponent, subadent fluctus, nimbus & grãdo dispellatur; quidquid demu hic patiar, non durabit aeternum: cadet mea crux, saltem cum ego morti cecidero victima: at verò procellis omnibus procellosus est, flammis addici aeternis, hoc longum tormentum est: alia omnia quae, extra Aeternitatem sunt, brevia, volucra, momentanea sunt. Umbrae sunt & somnium (ait Chrysostomus) qualiacunque sint: illa speremus & expectemus. Et quomodo Christus discipulis suis illud MODICVM inculcat? omnes cruciatus suos, & acerbissimam in cruce mortem MODICVM vocat, omnes Apostolorum labores & violentam per supplicia necem MODICVM appellat. Cur ergo non & mihi MODICVM videatur, quidquid patior, tametsi

Math. 18.

Math. 19.

Et ei humi cubare deliciae fuerunt.

Cogitatio aeternitatis cui necessaria?

Flammis aeternis addici longum tormentum.

B 3